



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Gnoti Seautón, Sive Arnoldi Geulincs Ethica

Geulincx, Arnold

Lugd. Batav., MDCLXXV

Typographus Lectori S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48728)

Typographus Lectori S.

Amice Lector Ethicam hanc omnibus
suis partibus absolutam ac perfectam
communicamus tecum in gustum hu-
jus praclari authoris, cujus Philosophiae
specimina alia plura, si est, ut eorum
Amore accensus fueris, alias in lucem forte
dabimus: nunc quid in hac editione à nobis
praestitum sit, paucis accipe. Tractatui Ethi-
co primo, quem ante plusculos annos typis de-
scribi ipse auctor curaverat, jam adjunximus
Notas amplissimas ad interpretationem
textus, & apposuimus cifras vulgo dictas:
sed ubi Litteras a b c. textui insertas videris,
non notas auctoris esse cogita, sed explicatio-
nes uberiores, quae desumpta sunt ex versione
belgica hujus Tractatus in eum sermonem ab
ipso auctore quondam translatis; jam collata
illa versione cum textu Latino, si quid utile
in ea plus videbatur contineri, inde decer-
psit, & in Latinum transtulit Philarethus ali-
quis, latinoque textui per Literas illas
adjunxit in tui gratiam & commodum. Post
primum Tractatum de Virtutibus Cardina-
libus posuimus quinque alios: tandem ad fi-
nem

nem addidimus Chreiam sive Oratiunculam
de Virtutum Æquabilitate, quam ut iterum
tibi omnibus numeris prodesse nos velle testa-
remur, ex Collegio Oratorio Auctoris nostri
desumpsimus: sed & omni opera adnisi su-
mus, ut quam nitidissime & correctissime
excuderentur, tamen ut humana omnia er-
roribus obnoxia sunt pauca quadam spha-
mata clanculum irrepere, leviora si forte
revisoris oculum iterum effugissent, tua fidei
committimus, graviora, quae secunda cura se-
se obtulere ad finem libri adjunximus; hisce
vale benevole lector, & fave nostris conatibus.

IN